

CARMEN GRATULATORIVM,
IN GRATIAM ORNATI VIRTUTE ET
 ERUDITIONE IVVENIS, IOANNIS CHRISTANNI NOPPIS ROT-
 uuiani, Conterranei sui perchari, cùm supremos in Philosophia honores in celebri Ingolstadi-
 ensium Academia publicè consequeretur, Scriptum per Ioan. Hiltprandum Mæcherum.



Rgo Maronæ linguam formare Cothurno
 Phæbe ueni, Sappho mihi nam sua plectra negauit,
 Innocuæ chordas citharæq; inuidit. iners ne
 Carmen arem, calamum fœcundo afflato fauore.

Ingenuis quondam prima est data gloria Musis,
 Splendida nec uano crescabant nomina plausu
 Ingenijs, palmamq; suam pius ardor habebat,
 Cum SAPERE est homini reputati summa beatæ
 Pars uitæ, & pulchra ornatum uirtute nitere.
 Culturis animi positis in honore, sed ipso
 Corpore non spacio modo succedente pusillo.

At cum paulatim ueris obrepere causis
 Somnia uisa, pios & perturbantia sensus,
 Et subitum exitium sanis minitantia uotis.
 Ut plus rusticitas, error, uis, arma ualerent,
 Quam cum Pierio Phœbus grege, & inclytâ Pallas,
 Occidit & precium uirtutis, & artibus ipsis
 Debita subtrahitur reuerentia, debita cura.
 Vnus bonos rebus leuioribus, artibus unus
 Fertur bonus, & habet solum sua præmia corpus,
 Pulsata uirtute procul, procul ire coacta.

Iam desolatæ passim, laceræq; iacebant
 Ingenuæ Musæ, uigor haud spirabat in illis,
 Omnibus exclusæ congressibus, omnibus aulis,
 Emendatis requiem capere sub autris.
 Contemptum peperit rudiis ignorantia Musis.

Nemo Sophos in honore fouet, nemoq; poëtas,
 Pro cithara ignauum crepitat deliria cornu,
 Pro Sophia crudas leuis occupat alea mentes:
 Non artes reliquæ, quarum Dialectica serua est,
 Septene numero, per docta theatra sonabant.
 Tanquam carceribus conclusæ triste silebant.

Quin etiam diuina suam sapientia sortem
 Visa queri, non digna audiis immersa tenebris:
 Que quamvis per se, tanquam prælucida lampas,
 Vt micare potest (non indignata doceri,
 Et lucem adcipere, & uerbis melioribus edi)
 Humanis animis gaudet splendere, cupitq;.

Iam nec in æquarum superest rata gloria legum
 Arte, sacros Regum motus incuria turpat,
 Et decretanihil, nihil ex pia iura coluntur,
 Ut superos petijt Iustissima Diua recessus,
 Incultos exosa homines, & inertia secla.

Sed quoq; Naturæ summi iacuere Magistri
 Neglecti, nemo se le nouisse quod ardet.
 Semina non rerum quisquam rimatur, & ortus,
 Cur nos blanda dies radianti ad fulgeat aura,
 Nox contra radijs inducat nubila abactis
 Atq; iterum, falsa prius est quod imagine cultum,

Corpus deseritur, uirtuti pristinus ardor
 Redditur, & magno reuocatur Diua triumpho
 Pectoribus Pallas, montis reuocantur alumnæ
 Parnasi. Latices quiuæ gustare sacratos
 Gestit, & ablueri inculti penetralia cordis,

150
 Ut uidet enerues animos uirtute, iacere,
 Omniaq; horrendis esse obfuscata tenebris,
 Rebus opem ratio consultæ indagine mentis
 Ni ferat, & stabili quid uis moderamine firmet.
 Quo uenit loca cuncta bonis celebrata Lyccis
 Ut fierent, Musisq; fauor, Phœboq; rediret.
 Passim iam Musis doctæ cœpere palestræ
 Ornari, institui monitis puerilia sanis
 Ingenia, & ueræ monstrari dona salutis.

Hec nam principibus non aspernanda sedebat
 Cura animis, magnisq; uiris, sanctisq; Monarchis,
 Scilicet egregios uirtute, fideq; Magistros
 Vndiq; sortiri, placidisq; ascendere dictis:
 Quorum esset munus teneram instituisse iuuentam,
 Fingere molliculas solerti tramite mentes.
 Præcipites frenis, tardos calcaribus, inter
 Palladij septi lepidissima prata fauore.
 Et, quia laudis amor studia ad meliora supremum
 Calcar habet, titulis, gradibusq; attollere dignos:
 Sicq; anjam præbere, piamq; aperire fenestram,
 A urea quod uirtus late sua regna propaget,
 Et tandem, prius indigne suppressa resurgat.

HEROASBOIOS nō dispar gloria mouit,
 Ut celebresq; sophos, dignos & Apolline uates,
 Expertos Medicos, Legum & quarumq; peritos,
 At qui diuinæ nouissent mystica chartæ
 Reddere sensa, simulq; imbutos Arribus istis,
 Que præter reliquias liberrima corda requirunt,
 Vndiq; non paruis accitos sumptibus, atq;
 Clarum Ingolstadium iussos habitare, Minerue
 Præficiant, strucq; scholæ, pubiq; docendæ,
 Atq; illis statuant stipendia Regia, quæ sint
 Indultis studijs non præmia uanalaboris.

Hinc, hinc tot cultos iuuenesq; uirosq; senesq;
 Insignes pulchris titulis, & honoribus auctos,
 In quascunq; plaga orbis cum laude remittit
 Sæpè Ingolstadium, cœli per compita notum.

Quo Christianne loco ne tu indotatus abires,
 Ne patrios expers laudis repetasue penates,
 Nil magis in uotis ponis tibi, nil tibi curæ
 Plus est, quam sacræ noctesq; diesq; Minerue
 Castra sequi, didicisse bonasq; fideliter Artes.
 Imbuis ingenium laudatis moribus, omnem
 Atq; moues lapidem, ne sit te doctior alter.

Non emitur precio uirtus, non gloria nummo,
 Non prece uicturum nomen: non lenta coronant
 Ocia, sed uigili studio fit, quicquid honestum est.

Ergo tua curæ, tua teq; insomia uota,
 Hoc decus eximium faciunt meruisse, Magistri
 Nominis ut ornatus patrias reuoceris in oras,
 Nempe tibi laudi, generisq; futurus honori,
 Quod tibi gratulor, & faustum precor omne nomen.

Eiusdem numerale ad Candidatum.

Festa DIes sanCto est PoLyCarpo, Vera trophea
 Q. Va Christanne parat DoCtVs ApOLLotibI.

Ex Typographia Vveissenhorniana.

150
LA GLASSWARE IN
ROMAN ITALY

Quoniam exinde conquisitum est, ut
in illis annis, quibus etiam
invenimus.